

## **D E D I C A T O R I A**

gulari fretus, tutelæ vestræ Viri Ampliss: Spectatiss: doctissimiq; subjicetum, illudq; Ampl. ac Prudentiæ vestræ offerrem atq; dedicarein. Singularis enim fama de vestrâ pietate erga D E U M , amore erga sinceram religionem, favore erga viros doctos, ardore erga sincera eruditorum Virorum scripta, omnibus ferè in locis innotuit. Taceo, quod multi Reverendi, Doctiss: Ornatissimiq; Viri, qui ex Scholâ vestrâ florentissimâ exivere, & nunc vel D E O in Ecclesiâ cum frumentu serviunt, vel Scholis, vel Reipublica cum laude præsunt, quanti literarum studia faciatis, testentur. Addo & hoc, quod præsens opusculum studiosæ, vestræ juventuti, nec inutile, necq; ingratum futurum, confidam.

Accipite ergo Viri Amplissimi, prudentiss. human. doctissimiq; hoc (quod vobis offero) donum, id contra malevolos, quantum par est, defendite, meum factum boni consulite, annum Ampl. prud. humanitatiq; vestræ

† 3      vestræ